



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

III. Quibus neganda; & an danda iis, qui expreßè non petunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

do hoc Sacramento , putes , neq; te ad conferendum teneri , ideoque parùm tibi videatur , si negligas , aut cuncteris: nam Pastorale officium te obligat , vt petenti saltem , aut egenti eo remedio non desis. S. Malachias ( vt est apud Surium ) vesperi rogatus , distulit in sequentis diei manè : obiit interim mulier illa , quæ petierat: quantum fleuit , quantum oravit Malachias , vt mortuam fuscitaret ? Maior igitur cura huius rei tibi incumbit , quam putas.

N V M: III.

*Quibus neganda , & quando danda Extrema Unctio.*

IN primis non administrabis iis , qui nunquam usi sunt ratione ; neque iis , qui aliunde de vita periclitantur , quam ex morbo , veneno , vulnero , aut causâ simili intrinsecâ . Præterea negabis cuicunque peccatori , quem scies esse in statu , aut affectu peccati mortalisi . Si is tamen dolorem , aut

Sacra-

Sacramenti alicuius desiderium ostendisset, præsumeretur esse verè pœnitens, ideoque absolui, ac deinde vngi posset. Phreneticis, furiosis, à cane rabido morsis conferes, si prudenter putas esse ritè dispositos; isti tamen ligari, aut potius remotâ turbâ teneri debebunt, ne Sacramento irrenientiam, aut aliis scandalum adferant: à rabido autem cane morsi cause, ne saliuâ aut sputo te attingant, ideoque vicinam potius ori partem attinge; aiunt enim, illius saliuâ, aut sputo rabiosum virus affundi.

Quicunque Catholice vixerunt, neque noscuntur in statu peccati mortalis versari, vngi debent: quia Catholicî ( quamdiu contrarium non constat ) præsumuntur petuisse omnia opportuna suæ saluti, præsertim pro illo extremo vitæ periculo. Vnde miror, cùm de vngendis iis, qui Catholice vixerint, tam disertè in Rituali Romano, & aliis libris Ritualibus

præ-

præscribatur , repertos Sacerdotes tam rudes , atque huius rei tam ignaros, vt iis, quos audiebant non petiisse expressè , & iam ita rationis vsu pri uatos, vt petere non possint , Sacrum Oleum denegârint: nam quòd è vulgo ita aliqui sentiant , minùs miror , dedocendi tamen sunt pro concione, quia grauis , & saluti animarum perniciosus est iste error : accidere enim potest , vt per hoc Sacramentum aliquis saluetur , qui sine illo periret . Pueri , qui rationis vsum habuère , & absolui potuère , vngi possunt ; etsi necdum communicârunt.

Porrò conferes hoc Sacramentum non antè , quām prudenter iudices adesse periculum ; neque tamen expectandum, donec mors ipsa iam ita præoccupet , vt infirmus à sensibus , & ratione sit alienus : nam quamuis tunc etiam vngi possit , tamen condu cilius est , si intelligat , quid agatur , & pietatis sensum aliquem adhuc

con-

216 *Institutionum Pastoralium*  
conferre possit. Olim Extrema unctio ante Eucharistiam collata, nunc solet postponi: nihil tamen refert, data Extremâ unctione, Eucharistiam administrari.

In eâdem infirmitate semel tantum conferri debet; si tamen morbus cesserit, ac deinde redeat, iterum ungere poteris: imò si durante eâdem infirmitate æger periculum euaserit, & deinde in nouum vitæ discrimen relabatur, poterit secundò vngi; quia perinde est, ac si nouus morbus inuassisset.

#### NVM: IV.

##### *De administratione huius Sacramenti.*

PRæscriptas cæmonias diligenter obserua eo modo, quo in tuâ Diœcesi receptæ fuerint. Pro reuerentia, nisi aliud quid obsit, deferes è templo veste clericali, superpelliceo, & stola indutus, præcedente ministro, qui lumen honoris deferat causâ. Ve-

rùm